





DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> INAUGURALIS JURIDICA  
DE  
**DOMINIO A VEN-**  
**DITORE RESER-**  
**VATO**

*Quia M*  
ADSPIRANTE SUMMI NUMINIS GRATIA;  
AUTORITATE AMPLISS. ICTORUM ORDINIS,  
IN PERILLUSTRI ACADEMIA CHILONIensi,

P R A E S I D E

**DN. JOHANNE JOACHIMO**  
**SCHOEPEFFERO,**

JCTO ET ANTECESSORE JURIS PRIMARIO, COM.PAL.  
CAESAR. SERENISSIMI PRINCIPIS SLESVICO - HOLSATICA  
CONSILIARIO JUSTITIAE ET CANCELLARIAE,

h. t. DECANO SPECTABILI,  
PATRONO AETATEM COLENDO,

PRO ASSEQUENDIS

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS DOCTORALIBUS,

DIE FEBRUARI. A. MDCCXIV.

IN AUDITORIO MAJORI,

HORIS ANTE ET POMERIDIANIS,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

**MICH. HENRIC. CURTIUS,**

GUSTROW. MEGAPOL.

---

KILONI, LITERIS BARTHOLDI REUTHERI, ACAD. TYPogr.

DISSE<sup>R</sup>TATO INAUGURATI DEUNCA

**DOMINI AVEN  
DITORE RESER  
VATO**

ADSPERANTE SUMME NUMINIS GRATIA  
MULTIPLICATE AMPERA ACTORUM OBLIVIA  
INTERILLUSTRA ACADEMIA CHICAGOENSIS

**DN. IOHANN. JOACHIM.  
SCHOPENHEER.**

SCOTI ET ANTECESSORIBUS PRIMARIIS COMPARA  
CAESAR SEVERUS M. VENIUS SPESZEWICZ HONORATI  
CONSULATIUS HISTORIÆ ET CIVILITATIS  
P. E. DECIMO SECUNDUO

PATERONIO AETATIM CECENDO

PRO ASSOCIATIONE  
SUMMA IN MUNDO DICERE HABEBANT DOCTOLOVAM  
DE ZEMLYAK. MDCCLXII.

IN AUDITORIO MAGISTR.

MOTUS ALIAS ET TOMEKIDUKUTI

POETICO ERUDITIONIS EXAMINUM SUMMATE

MICH. HENRIC. CURTILIS.

Quatuor Meaglor.

KOM. ITALIA DEDICATIONE FESTIVALIS AVENSIS 1778.

*B32*  
**Q. D. B. V.**

**P R A E F A M E N.**

**L**oco dissertationis inauguralis ; materiam de sententia judicis simulata excolendi & proponendi mihi quidem animus erat , sed manum operi admovens hanc materiam admodum raram inveni , hinc aliam elegi , utut enim jura casus in societate humana non quotidie obvios interdum respiciant , §. 22. *Instit. de Rer. Divis. L. 3. ff. si pars hered. pet. & L. 12. C. de Legit. hered.* ex diligentiori tamen tum juris communis Cæsarei , tum juris statutarii inspectione , cui libet primo statim patebit intuitu , quod maxima legum pars casus frequenter in civitate obvenientes concernat , *L. 3. 4. 5. 6. & 10. ff. de LL.* Secutus igitur monitum JCT*i* in *L. Legavi Titio 25. ff. de liberat. leg. quod quotidiana plenius excutienda sint* , quotidiana respexi , & suppedantibus mihi ipsis nundinis solennioribus materiam emtionis & venditionis , unicum tantum casum ex amplissima emtionis materia de DOMINIO A VENDITORE RESERVATO elaborandum suscep*i*. Probe enim monuit Brunnem . *ad L. Non ex eo 30. C. de Eviction.* exulceratis hisce temopribus neminem sibi satis prospicere posse , ita ut nullæ fere cautelæ , ad jus suum conservandum sufficient.

Sic in venditione præcipue immobilium admodum utilis  
cautela excogitata est, ut vendor donec præmium solutum  
effet, sibi dominium reservet, verum ex quo tempore  
Carpzovius sua Responsa in lucem edidit *ex Lib. i. Resp. 108.*  
apparuit, nec hanc cautelam tollendis litibus suffecisse, &  
præter hoc dubium, cuius periculo, in casu reservati do-  
minii, res vendita pereat, adhuc plura emersisse, quoti-  
diana praxis abunde testatur, hinc me laborem haud inu-  
tilem suscepturnum ratus, si hanc ipsam materiam a capite  
ad calcem pertractarem. Commode autem hoc fieri po-  
terit, si in capite primo hujus cautelæ fundamentum, in  
capite secundo ejus requisita, in capite tertio vero ejus ef-  
fectum ostenderem, & cum circa hunc frequentiores di-  
putationes orientur, hoc caput secui & in sectione prima  
consideravi effectum Dominii reservati in concurso cre-  
ditorum, in sect. secunda, an vendor vi Dominii reser-  
vati recedere possit a venditione semel inita. Sectio ter-  
tia tractat de periculo rei sub hoc pacto venditæ, & sect.  
quarta excutit an vendor, qui res suas vindicat, præmium  
jam solutum retinere possit? Quo vero finem propositi mei  
eo felicius obtineam, a Te T. O.M. Deus ardentissimis  
contendo precibus, ut nomine tuo coepta secundes, quo  
vergant omnia & facta & dictamea ad tuam gloriam,  
meam proximique utilitatem.

CAP.

633.

CAP. II DE VENDITORE DOMINII

(5)

# CAP. I. DE FUNDAMENTO DOMINII A VENDITORE RESERVATI.

## SUMMARIA.

- |   |                                       |
|---|---------------------------------------|
| Venditores sibi in re vendita dominium reservare solent. n. 1.          | Contrarium probatur. n. 6. seqq.      |
| Quia cautela frequens. n. 2.  | Hodie approbata. n. 10.               |
| C utilis. n. 3. 4.  | Contriarii videtur L. 80. de contrah. |
| Eam tamen apud Romanos non fuisse frequentata rursum vult Schilt. n. 5. | emt. n. 11.                           |
|   | Ad quam responderetur n. 12. seq.     |
|   | Et alio declaratur exemplo n. 15.     |

**F**ictionem & venditionem contractum esse frequentissimum in Republ. quotidiana comprobat experientia, & cum emtores sepius integrum pretium, in parata pecunia, solvere non possint, possessionem tamen rerum emtarum desiderent, in favorem venditorum commendata est cautela, ut sibi reseruent dominium, donec integrum pretium fuerit solutum, germ. es reservire sich der Verkäufer in re vendita das völlige dominium, bis zu gänzlicher Abtragung der versprochenen Kauff-Summe. Stryck. in Caut. Contr. s. 2. c. 8. §. 25. Schilter Exerc. theor. pract. 30. §. 55. ubi uterque excellentissimus Jctus formulam adduxit germanicam pleniorum. Hanc cautelam in praxi esse frequentem testatur Brunnem. ad L. cum manu 80. ff. de contrah. emt. n. 7. ibi: quod apud nos frequentissime sit. Stryck. in Caut. contract. sect. 2. c. 8. §. 25. ibi: cum reservatio dominii, tali casu, frequentior sit. Et sic demonstravi dominii reservationem hodie in praxi esse frequentem, nunc indicabo, hanc cautelam a Dd. commendari ut utilem & optimam Brunn. ad d. L. 80.

A 3

n. ult.

280

n. ult ibi: magna hujus reservationis utilitas, Grævæus Præt. Concl. Lib. 2. Concl. 15. n. 15. ubi cautelam hanc vocat optimam Stryck. in caut. contract. seft. 2. c. 8. §. 25. ibi: insignem p̄ se ferre utilitatem Consentit Moller. Lib. 1. Semeser. c. 4. n. 2. Esbach ad Carpz. P. 1. Conf. 28. def. 21. n. 1. Dn. Berger. in resol. L. L. obſt. ad comp. Lauterb. tit. d. L. Commiss. vers. Quare advertat. fol. 328. Laut. in Coll. ff. de L. Commiss. §. 25. ibi: optimam cautelam esse & ipſe Wolfgang. Adam Laut. Pater in Synopt. tractat. Tit. de L. Commiss. §. 1. n. 16. ibi: ad vitandas controversias que de fide habita, de pretio, & dominio translato oriri solent, optimam cautelam esse, ut in instrumento expreſſe dicatur, venditorem rem tradere, reservato sibi ejus dominio, (de qua tractat. Synopt. Beati Laut. hoc obiter moneo, quod haec semper intelligenda sit, quot. in Brunnen. Comment. ad ff. Lauterbach allegatus, siquidem compendium Lauterbachianum, & collegium a filio Lauterbachii editum, vivo Brunnenmanno typis nondum exscriptum fuit:) imo ineptum videri scribit Grævæus dict. conclus. 15. n. 15. inf. cum Raud. vol. 1. Resp. 42. n. 8. qui non servato Dominio, sine pretii numeratione, rem emtori tradit. Cum ergo haec cautela in praxi sit frequens & utilis operæ pretium erit ejus inquirere fundamentum, anſc. in LL. nostris sit fundata, siquidem celeberrimus JCtus Schilt. Exerc. 30. ad ff. §. 56. scribit: hoc pactum apud Romanos frequentatum non esse arbitror, & patilo post: magis igitur, est ut dicamus, hoc pactum moribus recentioribus fuisse introductum. Contraria tamen sententia mihi videtur probabilis, quod sc. jam jure Romano haec cautela non fuerit incognita, hujus meæ opinionis rationem pono primo in L. quod meo 28. pr. ff. de Acquir. vel. Amitt. posſeff. ubi expreſſe approbatur pactum, quod quis possit promittere feres suas, ex justa cau-

ſa,

634

sa, alieno possidere velle nomine, quid vero aliud agit emtor,  
 quam ut promittat, se rem eintam & sibi traditam possidere  
 velle venditoris nomine, donec pretium integrum fuerit  
 solutum, cum ergo constitutum possessorium in d. L. ex-  
 pressè sit approbatum quid prohibet dicere etiam in venditio-  
 ne approbatum esse, quod secundo probo ex L. eaque. 20. ff.  
 de Precario, ubi relatum est pactum inter venditorem & emto-  
 rem, quod emtor precario penes se possessionem habere debe-  
 at, quoad pretium universum persolveretur. Quæ verba idem  
 innuunt quod pactum de reservato dominio, sensus enim est  
 idem an dicam: reservo mihi dominium donec universum  
 pretium solutum, & num dicam: tu emtor interim precariam  
 debes habere possessionem, donec integrum pretium solutum,  
 nam qui precariam tantum transfert possessionem, ille extra  
 controversiam, dominium sibi reservat, & sic unica hac lege  
 frequentatum hoc pactum apud Romanos esse probavi, utut  
 hoc Schilter. all. loc. in dubium vocet. Simile quid colligitur  
 ex L. Qui ex lege 3.C. d. pact. int. emt. ibi: Si non precariam. Ter-  
 tio meam sententiam confirmat L. Servi emtor. 16. ff. de Peric. &  
 commod. ubi mentio fit pacti, quod emtor rem eintam & sibi  
 traditam possidere debeat ut conductam, donec inte-  
 grum pretium esset solutum, quid vero aliud est hoc pa-  
 ctum, quam venditorem sibi reservare dominium, nam unus  
 ex contrahentibus emtor vel vendor dominus esse deberet,  
 emtor vero, quia rem possidet ut conductam, dominus esse  
 non potest, ergo vendor in casu L. 16. clare sibi reserva-  
 vit dominium in re vendita, usque dum integrum pretium  
 fuerit solutum. Cum d. L. 16. conspirat L. sicut emtio. 20. & L. 21. ff.  
 Locat. conduct. ubi itidem re emtori tradita, pactum adjectum,  
 quod dominium in emtorem non debeat esse translatum, sed  
 quod

quod emtor rem emtam & traditam possidere debeat ut conductam. Ex adductis ergo LL. concludo cautelam reservati dominii, in re vendita, jam jure Romano fuisse frequentatam & approbatam.

**10** Hodiè hujus cautelæ approbationem nemo quidem quantum memini, vocat in dubium, ut ejus approbationem pluribus hic astruere supervacuum existimem, hoc unicum tantum addo, quod hæc cautela à Sereniss. Electore Saxonie in Ord. Proc. Judic. Tit. 42. §. 3. approbata sit, ibi: und ihm ausdrücklich/ auff den fall/ da er nicht bezahlen würde/ den Eigenthum varan vorbehalten thäte. Aliorum locorum approbationem adducit Mart. in Comment. ad d. §. 3. n. 3.

**11** Dicitis quidem contrariari videtur L. cum manu. 80. §. 3. in fin. ff. de contrah. emt. ubi clare & perspicue improbatur pactum ne dominium ad emtorem transeat, & expresse additur, si tale pactum adjectum sit, aut locationem esse, aut aliud genus contractus, ex quo textu tamen iterum moneo, non incognitum moribus Rom. esse pactum de dominio à venditore reservato, id vero mihi adversari videtur, quod hoc casu negetur esse emtio, ita ut negotium degeneret in' alium contractum, ego vero dissertationem meam inscripsi: de DOMINIO A VENDITORE RESERVATO. Ubi vero nulla

**12** venditio, ibi nullus poterit esse venditor, verum ad hoc dubium respondeo, distinguendum esse, an pactum adjiciatur ne unquam ad emtorem transeat dominium, hoc casu nulla erit emtio & venditio, sed aliud genus contractus, an vero usque ad pretium tantummodo solutum reservetur dominium, & hoc

**13** casu manet emtio & venditio, quod clare probo ex d. L. 20. de precario ubi expresse dicitur, quod emtor precarium habuerit possessionem, idemque reliqui textus adducti probarunt, nec  
hunc  
hoc

535

49

hoc pactum naturam emtionis mutare potest, quia conveniens est naturae emtionis, ut pretium ab emtore numeretur,  
 §. 41. *Inst. de Rer. Divis.* cum ergo pactum hoc substantiale<sup>14</sup> emtionis non tollat, sed confirmet, sequitur pactum dominii reservati usque dum integrum pretium fuerit solutum, mutare non posse negotium in alium contractum, sed clarius tantummodo determinat, quod in emtione & venditione alias receptum erat, quod scilicet dominium per traditionem transire non debeat, nisi integrum pretium ab emtore fuerit solutum. Simili ratione emtio & venditio subsistit, si contrahentibus placuerit, quod dominium post certum demum tempus vel sub certa conditione transire debeat, v. gr. post mortem venditoris, *Tiraqvell. de Retract. Convent.* §. 1. gloss. 19. n. 118. ubi refert se tres vel quatuor ejusmodi venditiones vidisse, nec obstabit all. L. 80, quia haec intelligenda est, si plene dominium transire non debeat.

## CAP. II. DE REQVISITIS DOMINII A VENDITORE RESERVATI.

*Venditor traditione non transfert dominium, nisi ei de pretio sit satisa-*

*ta. n. 1.* *Quod fieri potest invito emtore. n. 19.*  
*Dominium reservet ante rei traditio-*

*nem. n. 20.*

*Ex sola ergo traditione, fides habita non praefumicur. n. 2.* *Quandoque tamen & post rei traditio-*

*nem n. 21.*

*Dissentientes allegantur n. 3.* *Reservatio judicialis non desideratur.*

*n. 22.*

*Et rejiciuntur. n. 4. seqq.* *Nisi quis in judicio resignare velit do-*

*minum n. 23.*

*Ex circumstantiis tamen colligitur si dem habitam fuisse. n. 10. seqq.* *Quibus verbis reservare velit domini-*

*um non refert. n. 24. seqq.*

*Si fiducia venditor habere vult, sibi ex preesse reservet dominium. n. 18.* *B Tra-*

- T**raditione rerum dominia transferri, si justa ad sit causa, naturali æquitati conveniens est, §. per traditionem 40. *Inst. de rer. divis.* venditæ tamen & traditæ res non alter emtori acquiruntur, nisi hic pretium solverit, vel alio modo ei satisficerit §. venditæ 41. *Inst. de rer. divis.* L. quod vendidi. 19. ff. de contrab. emt. L. ex emto. n. §. 2. ff. de Act. emt. L. Procuratoris 5. ff. in f. de tribut. act.
- 2** Ex quibus textibus colligo: quod ex traditione rei venditæ sola non præsumatur fides esse habita, si enim ex sola traditione fides habita præsumeretur, Imperator Justinianus in §. 41. ibi: *vendor vero, Inst. de rerum divis.* non constitueret exceptionem. Consentientes adduco Laut. in Coll. t. de Act. emt. §. 5. Hahn. adj. Wesenb. t. de contrab. emt. n. 13. ad verb. Cæteroquin. Stryck. in Caut. Contr. s. 2. c. 8. §. 2. Christin. vol. 3. Decis. 75. n. 4. Gail. Lib. 2. Obs. 15. n. 6. Zæf. 3. ad ff. t. de act. emt. n. 8. Donell. Lib. 4. Comment. cap. 16. Contrarium quidem statuunt Menoch. Lib. 3. præsumt. 29. n. f. Eachov. ad Treutl. vol. 1. disp. 28. tb. 6. Lit. A. ad verb: quod ex sola traditione, Mev. P. 4. dec. 206. ibi: *fides enim de pretio habita est, cum ante pretii solutionem traditio fit,* & P. 4. dec. 280. n. 3. ubi rationem decidendi defumit a vi traditionis, quod haec modus sit transferendi dominii. Schneidew. ad §. 40 *Inst. de rer. divis.* n. 5. ibi: *nam in dubio videtur sequi fidem emtoris, nisi contrarium appareat.* Brunnem. ad L. 9. ff. de contrab. emt. n. 2. ibi: *fides vero habita præsumitur, quando sine ulla reservatione dominii res tradita.* Berlich. P. 1. Concl. 64. n. 47. ibi: *in dubio autem vendor fidem de pretio habuisse præsumitur.* Godofredus de Jena diff. de Lege Commiss. tb. 66. ibi: *dici tamen posset, illum, qui rem simpliciter tradit emtori, videri fidem de pretio in dubio habuisse.* Tiraquell. de Retract. Convent. ad f. t. n. 78. ibique longa serie alle-
- gati.

B38

49

W

1.3.8

gati. Verum quod pace tantorum virorum dixerim, sine ulla ratione & fundamento hoc traditum est, Mev. quidem p. 4.  
Dec. 206. n. 4. L. penult. C. de contrab. emt. adduxit, sed in hoc  
textu nihil invenio, quod ulla ratione huc pertinere possit,  
ita ut credam errorem à typographo vel describente esse  
commissum. Lex, vero, si soluturus 39. inf. de Solut. expresse  
agit de casu, si nummi ab emtore soluti sint, & sic iterum  
penitus nihil facit ad præsentem quæstionem, in qua excludi-  
tur, an ex sola traditione fides habita præsumatur. Magis  
forte adhuc obstare videbitur L. in civile. 12. C. de Rei vindict. ubi  
ex traditione præsumitur fides habita, & deciditur: vendi-  
torem non posse rei vindicatione uti, sed tantum actione per-  
sonali, quia dominium translatum, & licet Brunnem. ad d. L.  
12. scribat, supponendum esse, fidem de pretio esse habitam,  
in textu tamen de eo nihil habetur, sed ex sola traditione col-  
ligitur dominium esse translatum d. l. 12. ibi: quod tradidisti  
& eo modo dominium ejus transstulisti, verum quia in dubio nulla  
admittenda est antinomia, constat. Tanta §. contrarium autem. 15.  
de confirm. digest. & Leges Codicis in dubio non præsumuntur  
derogare Institutionibus & Digestis, Franszk. proem. ff. n. 14.  
& seq. Struv. Exerc. 1. th. 69. admittenda est conjectura Brunnem.  
& aliorum Dd. qui supponunt, Imperatorem in hoc  
textu agere de casu, si fides fuerit habita, ut ut enim hoc ex-  
pressis verbis non fuerit adjectum, ex aliis tamen textibus  
supplendum, quia integrum ius nostrum una magna Lex,  
adeoque Lex ex Lege explicanda est. Ratio vero Bachovii  
quam ad Treutl. vol. 1. disp. 28. th. 6. lit. A. adducit, venditorem  
scilicet scire se obligatum non esse ad rei traditionem, nisi  
nummi fuerint soluti, quod adeo extendunt Dd. ut vendor  
possit, totam rem venditam retinere, etiam si unicustantum

828

nummus de pretio desit. Tiraquell. de Retract. convent. §. 4 gloss. 6. n. 24. si ergo nihilominus tradat, aliam præsumptionem capi non posse, quam quod fides sit habita, non concludit, quia principium petit, *in dict. enim §. 41. de rer. divis.* clare constitutum est, quod in venditione per traditionem non transferat dominium, nisi fides sit habita, vel de pretio satisfactum, ergo ex sola traditione fides habita non præsumitur, adeoque Arnold. Vinnii sententiam ad §. 41. ad verb. fidem emtoris, ap-  
probo, qui dicit, sic concipiendam esse regulam: *in dubio qui rem emtori tradit, non videtur sequi fidem emtoris, nisi contrarium doceat emtor.*

Id tamen largior Brunnemanno ad d. L. 19. de contrah.  
emt. n. ult. ex circumstantiis colligi posse fidem fuisse habitam  
quo refero, si fidejussorem vel pignus acceperit, per §. 41. Inst.  
derer. divis. ibi: expromissore aut pignore dato, ubi vox expro-  
missor idem denotare videtur quod fidejussor, colligere hoc li-  
cet ex L. ut res 53. ff. de contrah. emt. ubi J. C. Gajus modo expro-  
missoris, modo voce fidejussoris utitur. Hopp. in Comment. ad  
§. 41. de rer. divis.

Simili ratione fides habita videtur, si dies solutioni præ-  
finita, quia sic fides emtori habita videtur, L. Procuratoris. 5.  
§. 18. ibi: *siquidem in creditum ei abiit ff. de tribut. act.* Busius ad  
L. 19. ff. de contrah. emt. n. 6. quod extendunt Dd. licet unius diei  
dilatio tantum concessa, Zæf. adff. t. de Act. emt. n. 7. Laut. in  
Coll. t. de act. emt. §. 5. ibi: *unius diei dilatio concessa, imo Joh.*  
12 Wames. cent. 3. Consil. I. n. 8. putat dilationem unius horæ suf-  
ficere, ut præsumatur fides habita. Rationem hanc adducit  
Zæf. diet. loc. n. 7. quod temporis ratio in hoc nihil variet. Ve-  
13 rūm mihi videtur dicendum, breve temporis spatium huma-  
nitatis tantum causa, concessum non inducere præsumptionem  
fidem

B37.

fidem esse habitam, quicunque enim se pecuniam soluturum promittit, praesenti die jam debet §. 2. *Inst. de Verb. Obl.* & nihilo minus modicum temporis spatium ad solutionem conceditur, <sup>14</sup> *L. 105. ff. de Solution. §. f. Instit. de Solut.* ergo modicum temporis spatium humanitatis causa concessum non mutat naturam obligationis puræ, quod pretium emtionis parata pecunia solvi debeat, nisi forte alia adhuc circumstantia concurrat, v. gr. si interim chirographum sibi dari curat, vel fidejussorem vel pignora, d. *L. 53 de contrah. emt.* alias negorationem Zæsii, quod temporis ratio non variet jus, siquidem breve temporis spatium humanitatis causa concessum omnino diversum inducit jus ab eo tempore, quod crediti causa præfinitum.add. in simili Berlich. *P. I. Concl. 64. n. 59.* ibi: *vel praesenti pecunia vel pretio intra modicum tempus solvendo vendatur.*

Aliud dubium oritur, si venditor emtori concedat tale quid agere quod non nisi dominus agere potest, v. gr. ut rem emtam alii iterum vendat, & hoc casu dominium translatum esse statuit *Mev. P. 4. dec. 280.* Verum si venditor cre-<sup>16</sup> diderit, quod emtor mox pecuniam soluturus sit, nec ex hac permissione sola, fides habita præsumi potest, nam libera dispositio rei emtæ effectus est traditionis, effectus vero traditionis in emtione venditione suspenditur, donec emtor de pretio satisfecerit, §. 41. *de rer. divis.* & *L. 19. ff. de contrah. emt.* ergo ex sola traditione, & quod ex traditione fluit, libera dispositio emtoris de re emta, nondum firmiter fluit fidem de pretio esse habitam, quin potius vendor credere potuit, quod emtor pecuniam illam, quam a novo emtore consequitur, promte soluturus sit, quo casu nullam fidem habet de pretio, Berlich. *P. I. Concl. 64. n. 65.* & sic concludo: quoties alia capi potest conjectura, toties non

B 3

præ-

58  
CAP. II. DE REQUISITIS DOMINI

præsumitur fides habita, in dubio enim nemo præsumitur suo juri renunciasse, *L. 25. pr. ff. de probat.*

18 Quoties tamen venditor fidem habere vult de pretio toties observet cautelam *cap. 1. commendatam*, ut *expresse* sibi dominium reservet, usque dum pretium integrum fuerit solutum, sine qua expressa reservatione alias dominium transfit, ita ut rei vindicatione venditor postea uti non possit, si emtor promissis non stet. *L. incivile. 12. C. de Rei vindicat.*

19 An vero hoccasu emtoris consensu opus sit, dubium videri posset ex eo, quia in omni pacto duorum vel plurium desideratur consensus, pacta vero legem dant contractibus *L. juris gentium 7. §. 5. ff. de pact.* Verum, quia a solius venditoris arbitrio dependet, an fidem de pretio habere velit & quibus conditionibus, ante pretium solutum, rem transferre velit, soli venditori tribuo facultatem, etiam invito emtore sibi dominium reservandi, modo illud faciat, antequam rem tradat. Et hoc collimare videtur Brunnem. *ad L. 80. ff. de Contrab. emt. n. 9. ibi: quod admitto, si venditor id jam reservare velit sua sponte.*

20 Alterum requisitum dominii a venditore reservati est, quod haec reservatio fieri debeat, vel in ipso contractu emtionis venditionis, vel antequam res emtori tradatur, *arg. L. licet iisdem. 7. ibi: statim convenit. C. qui pot. in pign.* alias res semel tradita & dominio in emtorem translato, venditor sibi frustra reservat dominium, quod amplius non habet, *Laut. in Coll. t. de L. commiss. §. 27. &c in simili Berlich. P. 1. Concl. 64. n. 40. Carpz. P. 1. C. 28. def. 20. n. 7. Grævæus lib. 2. Concl. 15. n. 9. & ab his allegati.* Ab hac tamen sententia recedere videtur Brunnem. *ad L. penult. ff. de contrab. emt. num. ult. ubi docet, quod re jam tradita, nihilominus dominium per-*

mo-

B38

A VENDITORE RESERVATI

modum constituti possessorii transferri possit in venditorem,  
quam Brunnen. sententiam in jure fundatam esse censeo, si  
nullus alius concurrat, qui interim in bonis emtis & tradi-  
tis jus acquisitum acceperit, si vero aliis creditoribus inter-  
medio tempore obligata sint, dominium liberum ad vendi-  
torem redire non potest, nisi hic ante traditionem dominii  
um sibi reservasset.

Judiciale reservationem non desidero, quia nulla lex <sup>22</sup>  
adest, quae judiciale autoritatem exigit, sine lege vero,  
& ejus valida ratione, requisitum aliquod ut praecise neces-  
sarium desiderare non possum, quin potius *L. Procuratoris.* <sup>5.</sup>  
*§. 18. inf. de Tribut. act.* clare demonstrat, quod extrajudicia-  
lis reservatio domino suum jus conservet. In illis tamen lo-  
cis in quibus in immobilibus resignatione judicialis desideratur,  
ibi necessarium credo, ut resignationi judiciali addat, sibi  
integrum pretium nondum solutum, adeoque se reservare  
dominium usque ad pretii solutionem. Si enim vendor,  
sine mentione reservati dominii pure resignare vellet domi-  
nium, alii credores, qui huic resignationi fidem habent  
facile decipi possent, quod tamen omni cavendum est ma-  
do.

Id vero non refert, qua formula vendor sibi domini-  
um reservet, sufficit enim, si ex verbis colligi possit, quod  
vendor vel f.d.m de pretio non habeat, vel tamen dominium  
transferre nolit, ante pretii solutionem Martin. *ad Ord. Judic.*  
*Sax. t. 42. §. 3 n. 9. Berlich. P. 1. Concl. 64. n. 45.* In specie autem  
hucrefero, si vendor se declareret, quod penes emtorem pre-  
caria debeat esse possessio, quoad pretium universum persolve-  
retur *L. ea que 20. ff. d. Precario,* item si emtor donec pecunia  
omnis persolveretur, fundum traditum ex conducto posside-  
re

- 26 re debeat, *L. cum venderem 21. ff. locat.* huc porro refero si venditor pactum adjiciat, quod emtori licere non debeat rem emtam alienare, antequam integrum pretium solverit *arg. L. 51. 7. §. ult. ff. de Distract. pign. Berlich. d. l. n. 53. Mart. dict. loc. n. 10.* Verum, quia haec ultima formula lites movere possit, an ex hoc pacto sine hypotheca jus reale competit, tutius aget vendor, si clarioribus verbis dominium sibi reservet.

### CAP. III. DE EFFECTU DOMINII, A VEN- DITORE RESERVATI.

<i>Effectus quod vendor maneat Domini-</i>	<i>Licet fuerit minor. n. 6. seqq.</i>
<i>nus, n. 1.</i>	<i>Licet res vendita fuerit feudalis n.</i>
<i>Quia rei sua insit. n. 2.</i>	<i>10.</i>
<i>Hinc agere potest contra quemque posseforem. n. 3.</i>	<i>Vel bona immobilia obligari non possint,</i> <i>nisi cum consensu Magistratus sub</i> <i>quo sunt ita. n. 12. seq.</i>
<i>Licet res vendita fuerit mobilis n. 4.</i>	
<i>Nec distinguitur qualis fuerit emtor n. 5.</i>	

**E**ffectus dominii a venditore reservati est, quod vendor Dominus maneat, si ei pretium non solvatur, ita ut rei vindicatione uti possit per *text. expressum int. Procuratoris 5. §. 18. ibi. dicendum erit vindicare me posse, idemque colligitur ex §. 41. Inst. de rer. divis. ex L. 19. ff. de contrah. emt. §. ex L. 53. ff. eod. Mev. P. 5. dec. 59. & P. 6. dec. 193. n. 3. Gail. lib. 2. 2. Obj. 15. n. 4. Schilt. Exerc. 30. ad ff. §. 75.* vendor enim hoc causa non simpliciter respicit personam emitoris, sed potiorem respectum habet ad dominium rei venditae traditae, vid. *Or- dinat. Judic. Sax. t. 42. §. also auch 3. ibi:* Wenn einer bey Ver-kaufung

639

49

M

13.6

Kaufung des Guthes/ wegen der Bezahlung des Kauffgeldes nicht so sehr auf den Käufer/ als auf dasselbe Guth/ sich daran zuerhohlen gesehen/ und ihm ausdrücklichen auf den Fall / da er nicht bezahlen würde / den Eigenthumb daran vorbehalt= 3 tenthätte. Est autem rei vindicationis hic effectus, quod contra quemcunque rei possessorem institui possit, L. 1. ibi: *cum ejus vindicatio non personam obliget sed rem sequatur*, C. si unus ex plur. hered. L. 36. princip. & L. fin. ff. de Rei Vindic. L. 1. C. ubi in rem act. ergo etiam in præsenti casu, vi dominii reservati, venditor, pretio non soluto, agere poterit contra quemcunque possessorem, ad rem sibi restituendam. Et licet, 4 cautela dominii reservati frequentior sit in re immobili, nullum tamen mihi est dubium, idem juris obtainere, si res mobilis fuerit vendita, & tradita, cum reservatione dominii, usque ad pretii integræ solutionem. arg. L. Servi emtor 16. ff. de Peric. & Commod. rei vend.

Idque obtinebit contra quemcunque emtorem , quia 5 Leges non distinguunt, ratio generalis & eadem est in omni emtore, quod sc. dominium non acquirat, nisi pretium fuerit solutum. Evidem in L. 1. §. ult. & L. 2. ff. de Reb. cor. qui sub tu- 6 tel. statuere videntur Ulpianus & Paulus: quod si emtor minor sit, & venditor sibi hypothecam reservet, ( quæ alias privilegiata est, L. Procuratoris 5. §. plane 17. ibi: nisi fuerint creditori pi- 7 gnoratae. arg. L. licet 7. ibi: quod ei pignori esse specialiter obligatum statim convenit. C. qui pot. in pign. ) quod autoritate Magistratus vel Principis rescripto pignus confirmari debeat. Hinc valde dis- sentiunt, an in hoc casu venditor, reservatione pignoris privata, aliis præferri debeat? cuius contrarium statuit Hieronym. Cagnol. in repetit. L. 2. C. de Pact. int. emt. column. 9. vers. se- cundo quero, Tiraquell. de Retract. Corvent. ad fin. Tit. gloss. 2. n. 10. Pinell. in L. 1. C. de bon. matern. P. 3. n. 53. Et varie ad dict.

C

text.

text. respondent Rauchb. P. I. quest. 6. n. 44. Bachov. ad Treutl. vol. 1. diff. 28. th. II. in f. putat L. I. §. ultimum corrigi per L. seq. 2. quam responcionem probat Carpz. P. I. Conf. 23. def. 16. n. 30. & Lib. 4. Resp. 27. n. 10. verum quia in L. 2. inf. Rescripti quoque necessitas desideratur, hinc probabilis non videtur hæc 8 responsio, sed magis placet, quod hi textus loquuntur de casu, si ex intervallo, post rem traditam, hypotheca constituatur Klock. vol. 2. Conf. 42. n. 120. qui n. 19. plures Dd. pro hac sententia adducit. Brunn. add. L. I. de bon. cor. n. 3. cui tamen responcioni objici potest, quod sic nihil singulare in emtore qui 9 minor est, constitutum reperiatur. Sed ut ad propositum meum revertar, hic moneo: clausulam dominii reservati hic utiliorem esse clausula: si venditor sibi in re vendita hypothecam reservet, si enim extra judicium venditor sibi dominium reservasset, res minoris dici non poterit, adeoque frustra desiderabitur decretum Magistratus vel rescriptum Principis d. L. I. §. ult. ibi: nam ubi dominium quesitum est minori ff. de reb. eor. si sc. argumentum ducatur a contrario sensu, quod fortissimum dicitur, L. I. ff. de officio ejus cui mandata 10 est jurisdictio. Similis est disputatio in re feudali, cum consensu Domini & Agnatorum vendita, si enim venditor tantum hypothecam sibi reservasset, Dd. in hac quæstione admodum dissentient vid. Carpz. Lib. 4. Resp. 27. Richt. de Privil. leg. credit. c. 2. membr. I. n. 41. Mart. ad Ord. Judic. Sax. t. 42. §. 11 2. n. 29. seqq. Rauch. P. I. quest. 6. n. 29. Si vero dominium venditor sibi reservet, usque ad pretii solutionem, venditor securus erit, tam quoad emtorem, quam quoad ipsum dominium feudi, quia res venditoris mansit, utpote qui dominium transferre noluit, nisi pretium integrum fuerit solutum. in terminis mecum consentit B. Dn. Stryck. in not. ad Brun-

nem.

640

nem. Conc. cred. ad cap. 5. n. 7. ad f. Denique huc pertinet disputatio, si ex statuto ad obligationem rei immobilis desideretur autoritas Magistratus sub quo bona sunt sita, an etiam in venditore hypothecam sibi reservante desideretur Magistratus autoritas, de quo casu iterum varie sentiunt, vid. Moller. P. I. Conf. 23. n. 2. Carpz. Lib. 4. Resp. 27. n. 4. & Mev. ad Jus Lubec. P. 3. t. 1. art. I. n. 14. & 15. qui ultimus autoritatem Magistratus jure Lubecensi desiderat. Verum in clausula dominii reservati, venditor plane securus est, & evitabit omnes has disputationes, quia res emtor & plane facta non est arg. L. 20. C. de Precario. L. 5. §. 18. ff. de Trib. Act. & L. ult. C. de pact. inter emt. ibi: Cum venditor non alia lege jus suum transferre possit, nisi tali fretus conventione, dominium enim remansit apud venditorem, vi hujus ergo contra emtorem & quemc. rei venditae possessorem agere poterit ad rem sibi restituendam. Cum vero in concursu creditorum hæc materia frequenter occurrat, specialiter, paucis tamen, de hoc videbimus capitii tertii sectionem primam,

### CAP. III. SECT. I.

DE

## EFFECTU DOMINII A VENDITORE RESERVATI IN CONCURSU CREDITORUM.

SUMMARIA.

**Dominus prefertur omnibus creditori:** Que cautela melior quam reservatio  
bus. n. 1. hypotheca. n. 3. 4.  
**Et sic etiam venditor,** si sibi reservavit Hinc prefertur uxori, licet bac privio  
dominium n. 2. legio dotis utatur, n. 5. 1.3.8

Prefertur quoque collectis n. 6.

An etiam collectis ex ipsa re vendita  
debitis? n. 7. seq.

Et expensis funeris n. 10.

Et mercedi famulorum n. 11.

Sive reservatione Dominii & hypothe-  
ca venditor nullo gaudet privilegio.

n. 12.

In Saxo, babet privilegium personale.  
n. 13.

Aliqui Dd. privilegium tribuant n. 14.

Quorum sententia probata Landgra-  
vio Hassie. n. 15.

Idem privilegium in Sax. Rusticis tri-  
buit Berlich. n. 16.

Quidam privilegium tribuant Rei  
Ecclesie, Fisci & Minorum. n.

17. 18.

Quod per modum restitutionis admittit  
ur. n. 19.

**M**oto concursu omnes illi, qui jure dominii res suas vin-  
dicant, omnibus aliis creditoribus praeferuntur, & qui-  
dem extra concursum, quia concursus creditorum ex-  
citatur de bonis debitoris, quae vero ad alium pertinent, non  
possunt vocari bona debitoris, L. I. C. de privilegiis fisci ibi: ab a-  
liis separata tibi restituantur. L. cum fundus 31. §. 1. ibi: si existant  
vindicare eos dominus potest. ff. de Reb. Cred. Carpz. P. I. Confl. 28.  
2 def. 13. quo etiam pertinet venditor, qui dominium sibi refer-  
vavit, usque dum pretium integrum fuerit solutum. Mev.  
P. 5. dec. 59. & quos hoc cap. 3. n. 1. allegavi, quibus addi possunt  
Carpz: P. I. Confl. 28. def. 21. Struv. in Syntagma. jur. civ. Exerc. 44.  
th. 46. n. 1. Hilliger. ad Donell. Lib. I. c. 16. lit. D. Köppen Decif.  
28. n. 3. vers. nam venditores, Brünner. in Tr. de Concurs. cred. c. 5.  
§. 7. Grævæus Lib. 2. Concl. 15. n. 15. Berlich. P. I. Concl. 64. n. 43.  
Laut. in Tr. Synopt. tit. de L. commiss. §. 1. n. 16. vers. licet enim hoc  
& Lauterb. in Colleg. cod. tit. §. 25. Dn. Berger. in Resol. LL. Obst. t.  
de L. commiss. in Animadvers. p. 326. seqq. & sic iterum observo  
3 differentiam inter dominium reservatum & hypothecam re-  
servatam, nam in hypotheca reservata transit dominium &  
venditor ut ut privilegiatam hypothecam habeat, nihilomi-  
nis concursum sequi & sententiam concursus exspectare te-  
netur,

P41  
49  
M

netur, quod secus est, si dominium sibi reservaverit *L. procuratoris* 5. §. 18. inf. ff. de Trib. *Act. consentit* mecum Hahn. ad Wese[n]b. tir. de Acquir. rer. domin. n. 3. ad verb: est etiam verum in f. ibi: vel illa quidem habita, sed dominio donec integrum pretium solvatur reservato. Secus est in venditore, qui ea expressa conditio-ne vendidit & tradidit, ut donec pretium solvatur, in re vendita jus pignoris sibi reservavit.

Ex qua doctrina fluit, quod venditor in re vendita, si ejus dominium reservavit, præferatur omnibus creditoribus, cujuscunque etiam fuerint conditionis; sic primo præfertur uxori, ut hæc alias in bonis mariti maxime privilegiatam habeat hypothecam, *L. assiduis* 12. *C. qui pot. in pign.* ibique *Dd.* venditor tamen vi nostræ caufelæ in re vendita ei præfertur Mev. *P. 5. dec. 59.* & *P. 6. Dec. 193.* Brunn. *ad L. 5. ff. de Trib.* *Act. n. 5.*

Secundo collectæ & contributiones singulare quoque 6 privilegium habent, *L. satis notum* 4. *C. in quib. caus. pign. tacite contrah.* *L. 1. C. si propter publ. pensitat. vendit.* fuerit celebra a. In specie in Marchia per ult. Rec. de an. 1653. §. 29. cautum: Die Contributions resta gehen allen Creditoren / auch denen/ so ein jus separationis zu haben meinen / vor/ nihilominus probe monuit Dominus Brunn. in *Concurs.* er ed. c. s. §. n. quod is, 7 qui jure dominii res vindicat, fisco etiam in contributionibus sit præferendus, nisi collecta debeat ex ipsa re, cuius dominium alter vindicat, tunc dominum obstrictum putat ex hac ratione: quia dominus ipse, si possedisset, debuisset solvere collectas. Verum hæc ratio stringens non videtur, quia 8 collectæ communiter solvuntur, propter fructus, venditor vero qui rem emtori tradit utilitatem ex re non percipit, ergo ipse quoque obligatus non est, ut exsolvat tributa. Evidem vulgatum est, quod fiscus sequatur posse-

cessorem L. Imperatores. 7. pr. de publ. in rem act. verum si quis  
 9 concurrat qui fortius jus habet hæc regula pati videtur limitationem. Quod Sereniss. El. Sax. Decis. 63. expresse comprobavit, etiam in eo casu, si venditor tantum sibi hypothecam reservaverit, ergo multo magis si a venditore reservatum sit dominium, quia hoc fortius est hypotheca.

10 Simili ratione expensæ funebres singulare habent privilegium L. 14. §. 1. & L. 45. ff. de Religioſ. & ſumib. funer. L. 17. C. de reb. aut. judic. &c in Saxonia mercedes famulorum singulatim privilegiatae sunt Carpz. P. 1. Conſt. 28. def. 25. & 39. quo privilegio etiam gaudent in Marchia & plerisque Germaniae locis Brunn. in Conc. Cred. c. 5. §. 16. ibique Stryck. innot. Attamen his omnibus venditor in re vendita præferendus est, si dominium expresse sibi reservaverit Philipp. ad Dec. Elect. 63. Obs. 2. n. 2. ibique allegati. Gail. Lib. 2. Obs. 15. n. 4. & n. 10.

11 12 Si vero venditor fide habita rem tradiderit, nec de domino vel hypotheca sibi prospexerit, tunc in tributum venit L. Procuratoris 5. §. 18. ff. de trib. act. omne ius in re amittit, L. in civile. 12. C. de Rei. vindic. nec ullo privilegio gaudet. Sand. Decis. Frifsc. Lib. 3. t. 12. def. 16. Anton Faber. in Cod. Lib.

13 2. t. 7. def. 6. Elector tamen Saxoniæ in ord. Judic. Sax. t. 49. §.  
 4. venditori hoc casu concessit personale privilegium. Extra Saxoniæ vero magis recepta Dd. sententia, quod plane nullum habeat privilegium, uti testatur Stryk. ad Brunn. Conc. Cred. c. 5. §. 43. Licet sint Dd. qui statuant venditorem, in re vendita exstante, aliis creditoribus præferendum esse, licet fidem emitoris secutus sit, & de hypotheca sibi non prospexerit Less. de Justit. & jure c. 15. Dub. 2. n. II. Bonacini. disp. 1. de refit quest. 15 8. punct. 2. n. 8. quæ sententia a Sereniss. Haſſorum Principe Georgio im Land-Decht der Ober-Gräff-Schafft Enzen-Elnbo-

gen  
fā  
Car  
pri  
ve  
hal  
pre  
cit  
n.  
Pri  
Ca  
di  
ma  
on  
fia  
ub  
C  
17  
Qu  
en  
Ad  
qu  
rin  
po  
hal  
am  
mi  
dit  
-il  
79  
21

642 49

gen part. 2. t. 6. von Vendit schaffen verf. und ob woll der Verkäufer. teste Fabricio ad Gailum Lib. 2. Obs. 15. & Esbach. ad Carpz. P. I. Cons. 28. def. 17. n. 4. In Saxonia quoque rusticis hoc 16  
privilegium tribuit Berlich. P. I. Concl. 64. n. 63. quod fundos venditos pro residuo pretio, jure hypothecæ sibi obligatos habeant, licet expresse sibi de dominio vel hypotheca non prospexerint. Rationem Berlich. ponit in rusticorum simplicitate Cum Berlich. consentit Mart. ad Ord. judic. Sax. 1. 42. §. 2.  
n. 11. ibique allegati. Rauchbar. P. I. quest. 6. n. 7. Richt. de Privileg. credit. c. 2. membr. 1. n. 45. Contrarium tamen habet 17  
Carpz. P. 2. t. 23. def. 19. ubi contraria quoque adducit præjudicia. Verum extra statutum vel speciales constitutiones manendum erit in regula in d. L. 5. §. 17. ff. de Trib. Act. quod omnes in tributum veniant. A qua tamen regula res Ecclesiæ, Fisci & Minorum excipit B. Dn. Maurit. P. I. Consil. 9. n. 15.  
ubi Bartolum, Panormitanum & alios allegat consentientes Cum quo etiam consentit Esbach. ad Carpz. P. I. Consil. 28. def. 17. n. 4. inf. Fundamentum ponit in L. 5. §. 1. ff. de jure Fisci. 18  
Qua lege perlustrata, nihil invenio, quod singulare sit, verba enim: *precio tamen soluto etiam habentur in L. exento.* II. §. 2. de Act. emt. ibi: *si modo pretium est numeratum,* hoc tamen largior, quod minor, &c qui jure minorum utuntur, si rem vendiderint, non reservato dominio, restitui possint in integrum, ut pote quæ restitutio toties locum habet, quoties rem quam habuerunt amiserunt, L. non omnia. 44. ibi: *aut quod habuerant, amiserunt ff. de Minor.* extra restitutionem vero nihil singulare mihi invenire licuit, in re Minoris, Ecclesiæ vel Fisci vendita.

### Cap. III.

## CAP. III. SECT. II.

AN VENDITOR VI DOMINII  
RESERVATI A VENDITIONE RECEDERE  
POSSIT.

*Venditor vi dominii reservati non potest recedere ab emtione venditione n. 1. & 2.*

*Nisi sub conditione suspensiva dies solutiō sit dicta n. 3.*

*alias emtio non rescinditur, licet emtior fidem non præstet. n. 4.*

*Quamdiu venditor exspectare teneatur numerationem pretii n. 5. & 6.*

*Si lex commissoria additur, et eaemētio rescinditur n. 7.*

*Modo venditor hoc velit. n. 8.*

*Idem in conditione si pretium solutum sit. n. 9.*

*Modo venditor se statim declarat. n. 10 seq.*

*Sufficit extra judicialis declaratio. n. 12*

*Si res ex hac lege commissa emtior mora purgare non potest. n. 15. seq.*

**V**idimus cap. 3. venditorem vi dominii reservati res venditas vindicare posse, ex quo dubium oritur, an ergo hac ratione venditor rescindere possit emtione & venditionem? quod negamus pactum enim hoc nec emtio- nis perfectionem impedit, nec illam resolvit, sed venditorem tantum securum reddit, ut consequatur pretium Laut. in Sy- nopt. tract. de L. Commiff. §. 1. th. 16. vers. licer. ibi : licet hoc pa- 2. Etum nec emtioni perfectionem impediat, nec illam resolvat. Et Laut. in Coll. cod. tit. §. 25. Emto & venditio enim, quam primum utriusque adest consensus de re & certo pretio, per- fecta dicitur, pr. Inf. de Emt. & vendit. Exsolutio vero pre- tii, & traditio rei, ad consummationem emtioni & vendi- 3. tionis pertinent, L. Julianus 13. §. 8. ff. de Act. emt. hanc tamen sententiam, limitandam puto, si contrahentes pretii nume- rationem, tanquam conditionem pacti sint v. gr. si quis di- xerit, si tu mihi his nundinis solves mille thaleros , tibi ager meus

B43

meus venditus sit, hoc casu pretii numeratio, ut conditio suspensiva desiderata est, ergo non existente conditione emtio nulla erit, ex natura conditionis. arg. L. fin. vers. fin autem. C. de contrah. emt.

Si vero numeratio pecuniæ non sit addita sub expressa conditione suspensiva, res vero, fide habita, tradita sit, tunc emtio ex eo non rescinditur, quod emtor fidem venditori datam non servet, per text. expr. in L. ea conditione 14. C. de rescind. vendit. ibi: non ex eo, quod emtor non satis conditioni fecit; contractus irritus constituitur. L. si non donationis 8. in f. C. de contrah. emt. Bernhard. Wurmser. lib. 1. tit. 31. Obs. 3. n. 2. Cujus tamen distinctionem, an res emta iam tradita sit, an non, in hac quæstione rejicio, quia in legibus fundata non est. Lex enim allegata 14. C. de resc. vendit. docet regulam: frangenti fidem, fides frangatur eidem, non esse fundatam in emtione. Si tamen emtor plane non solvat pretium, vendor rem suam recipit, & sic per indirectum emtio resolvitur. Circa quod negotium hoc mihi dubium occurrit, quam diu vendor exspectare necessum habeat, an emtor pretium numeraturus sit? Respondeo, si certa dies addita sit conventioni, post diem statim agere poterit, ut emtor pretium promissum solvat, vel sibi liceat rescissa emtione, ex dominio reservato rem suam recipere. Si vero judex talem terminum præclusivum non præscribat, emtori liberum puto, intra 30. annos pretium offerre cum usuris & interessè, & rem venditam petere cum fructibus arg. §. 3. Inst. de Emt. vendit.

Longe consultius ergo existimo, cum reservatione dominii conjungere Legem Commissoriam v. gr. damit aber der Verkäufer so vielmehr gesichert seyn möge / daß das Kaufgeldt in abgeredten terminis richtig solle bezahlet werden /

D

den /

den/ so reserviret er ihm nicht allein das Dominium rei venditæ, sondern es soll auch der Verkauff null und nichtig seyn/ wenn der emtor in bestimmter Zeit nicht richtig bezahlen sollte/ quæ cautela fundata in L. si fundus 4. pr. L. Lege fundo. 5. ff. de  
 3 Lege Commiss. & L. item si pretio. 22. ff. Locat. & hoc casu observo  
 primo: quod in venditoris arbitrio sit, an rescindere velit emtionem & venditionem per text. express. in L. cum vnditor. 2. ff.  
 9 de L. Commiss. ibi: si venditor inemtum eum esse velit. Idemque judico, si sub conditione suspensiva, certa dies solutioni dicta sit, v. gr. si tu mihi calendis Maji pecuniam solveris, tibi res pro certo pretio vendita sit, si enim venditor velit, pretium petere poterit, licet calenda Maji sine solutione pretii præterlapsæ sint. L. Labeo scribit 50. ff. de contrab. emt. Ratio hujus rei in eo consistit, quod hæc pacta in favorem venditoris sint addita, ergo huic liberum est suo favori renunciare. In L. autem, si fundus 4. §. 2. ff. de L. Commiss. Ulpianus docet cum Papiniano, quod venditor statim atqueres ex hac Lege commissa est, statuere beat, utrum commissoriam legem exercere, an vero pretium petere velit, nec posse postea  
 11 variare, quod ultimum etiam repetitum in L. 7. ff. eod. cum vero nullum certum tempus in jure nostro sit expressum, quo usque se statim illud, cuius meminit Ulpianus d. L. 4. § 2. extendat, merito judicis arbitrio relinquimus cum Laut. in Coll. t. de lege Commiss. §. 20. & Colleg. Arg. tit. de L. Commiss. th.  
 12 s. ibi: utique cum aliquo temperamento intelligendum est. In eo vero cum Dn. Meiero in Coll. Argent. d.l. b. 9. non convenio, quod putet venditorem, si pretium extra judicium petat, non amittere facultatem rem vindicandi. Siquidem alleg. L. 4. §. 2. & L. 7. ff. d. L. Commiss. nullam mentionem faciunt petitionis judicialis, ergo nec nostrum est hoc requisitum præcise desiderare, maxime cum sola venditoris declaratio desideretur, quæ extra judi-

B74

49

W

1.3.8

judicium fieri potest, & totus contractus extra judicium iniiri solet ergo etiam declaratio super contractu extra judicium fieri potest, arg. §. ult. Inst. quib. mod. toll. obl. Contraria tamen sententiam approbat quoque Struv. Exerc. 23. ad 13 ff. th. 39. ubi refert, juxta hanc sententiam responsum fuisse a Scabinis Lipsiensibus & a collegio juridico Salano. Quorum auctoritas tamen me non movet, ut a sententia mea priori recedam, quia Carpz. p. 2. Const. 33. def. 22. præjudicium affert, quod venditor jus ex L. Comm. acquisitum amiserit, quia extra judicium partem pretii acceptavit: ibi: Dieweil ihr aber dennoch berührte 15. neue Schöck von ihm angenommen/ und damit zu Frieden gewesen/ so seyd ihr auch nunmehr / gestalten Sachen nach/ ihu von erkaufsten Guthe/ wieder abzutreiben nicht befugt. Quod præjudicium laudat quoque Godofredus de Jena d. L. Commiss. th. 62. Nulla vero ratio diversitatis dari poterit, cur acceptatio pretii extrajudicialis venditori electionem adimere debeat, non vero extrajudicialis petitio pretii, cum utraque claram declarationem venditoris contineat, quod venditionem adhuc probet, add. L. commissoria. 14

4. C. de pact. inter emt. & vend. ibique Brunnem. n. ult. Ex eo autem, quod venditori electionem concessimus, sequitur, quod emtor invito venditore, ex hac Lege re commissa, moram purgare non possit, Godofredus de Jena de Leg. Commiss. th. 47. Laut. in coll. dict. loc. §. 21. Berger. in Resolut. LL. obſt. tit. de L. Commiss. quest. 4. quia alias venditor non haberet electionem. Verum quid si Lex commissoria adjecta non sit, sed tantum dominium, a venditore, donec pretium solutum, sit 15 reservatum, an moto concursu credidores electionem habent, an pretium offerre, & rem emtam retinere, an vero pati velint quod venditor rei vindicationem instituens rem accipiat, quod affirmo, quia credidores succedunt in locum emtoris, & pactum

dominii reservati principalem respectum habet ad securitatem pretii numerandi, hoc ergo soluto, venditori ex contractu satisfactum est, & per consequens nihil amplius prætendere poterit.

### CAP. III. SECT. III. AN IN DOMINIO RESERVATO VENDITORIS SIT PERICULUM.

#### SUMMARIA.

Emtione perfecta periculum est emto-	Quorum rations adducuntur n. 6
vis. n. 1.	segg.
Licet res tradita nondum sit. n. 2.	Venditori periculum adscribitur, etiam
Licet vendor ahdusc dominus sit. n. 3.	hoc casu n. 10. segg.
An idem, si dominum expresse a ven-	Consentientes adducuntur. n. 17.
ditore sit reservatum Dd. non con-	Commendatur cautela ut pax tuta de pe-
veniunt. n. 4.	riculo adjiciatur. n. 28.
Qui periculum venditori adscribunt,	
allegantur. n. 5.	

**Q**uoties emtio & venditio est perfecta, ita, ut nulla condi-  
tio suspensiva sit adjecta, & certa species pro certo pretio  
vendita, tunc periculum rei vendita ad emtorem perti-  
net §. cum autem 3. Inst. de emt. & vendit. L. 1. C. de Peric. & Com-  
mod. rei vendit. L. necessario 8. pr. ff. eod. licet res tradita non-  
duim sit §. 3. Inst. de Emt. & vendit. Laut. in Tr. Synopt. tit. de per-  
ric. & commod. §. 1. n. 1. inf. Fransk. ad ff. eod. tit. n. 1. Huber. eod.  
tit. thes. &c. licet vendor ante rei traditionem adhuc ipse domi-  
nus sit, dict. §. 3. Inst. de Emt. & vendit. & res pereat suo domino L.  
9. C. de pignor. act. quia tamen vendor est debitor speciei, ergo  
interiu speciei liberari debet.

Ex

Opus.

49

M

1.3.8

Ex quo colligi posset, periculum rei venditæ tanto magis pertinere ad emtorem, si res emtori jam tradita sit, arg. L. 2. C. de peric. & commod. Licet vendor usque dum integrum pretium fuerit solutum sibi dominium reservet. Doctores tamen in hac quæstione non conveniunt, siquidem Cavalcant. p. 2. dec. 9. n. 4. & 5. Carpz. lib. 1. Resp. 108. Schilt. ad ff. Exerc. 30. thes. 58. Huber. in Prelect. ff. t. de Contrah. emt. n. 12. & tit. de peric. & commod. n. 5. inf. & n. 8. statuunt, quod hoc casu periculum sit vendoris tanquam Domini, & licet ante traditionem vendor quoque Dominus fuerit & nihilominus res periculo emtoris fuerit, respondet tamen Carpz. Resp. 108. n. 12. fortius operari expressam reservationem dominii, quam tacitam illam dominii retentionem. n. 13. vero putat, quod res tunc non pereat domino, si sola custodia ad dominum pertineat, ad emtorem vero, si rem quandocunque ipsi libuerit, avocare posset, emtorem vero in nostro casu prohiberi quando- cunque volet dominium nancisci, ergo pro nudo possessore esse habendum Carpz. dict. loc. n. 14. secundo Carpz. statuit, quod reservatio dominii venditionem faciat conditionalem, pendente vero conditione periculum esse vendoris L. Neces- sario. 8. ff. de Peric. & Commod. Tertio se fundat in L. si fundus 33. ver. 9. sic. nam & si vendoris, ubi periculum rei venditæ pertinet ad venditorem, hunc textum putat, cum Cavalcano commode intellegi posse de casu reservati dominii.

Verum hæ rationes elonginquo petitæ mihi videntur, nec quicquam firmitatis in se continent, longe validiores vero reperio rationes & fundamenta, quod etiam in casu expresse reservati dominii, usque dum integrum pretium fuerit solutum, periculum nihilominus pertineat ad emtorem, quo fine adduco primo, quod pactum hoc in favorem vendi-

D 3

oris

toris sit adjectum, ergo non est interpretandum in ejus detrimetum arg. L. 6. C. de LL. & arg. L. 2. ff. de L. Commiff. ubi item venditor sibi prospexerat, quod fundus plane inemtus esse debeat, & sic periculum extra controversiam pertineret ad emtorem, si enim emtio facta nunquam fuisset, res manisset in dominio venditoris, & sic quoque illi periiisset, nihilominus Pomponius respondet periculum rei emtæ, & hoc casu pertinere ad emtorem, rationem hanc addit, quia id venditoris causa ageretur, ex quibus verbis clare fundatur aductum argumentum, quod reservatio dominii in favorem venditoris facta, invita jurisprudentia, detorqueatur in damnum venditoris. Secunda ratio, quod venditor ante traditionem fuerit dominus, periculum vero nihilominus pertineat ad emtorem §. 3. Inst. de Emt. & vend. ergo per paclum, quo res in eodem statu conservatur, non potuit mutari naturale emtionis, quod est periculum esse emtoris. Et tertio ad omne dubium tollendum clarum & perspicuum textum adduco, periculum etiam in casu dominii, expresse reservati, ad emtorem pertinere, l. servi emtor. 16. ff. de peric. & commod. rei vend. in hac lege venditor noluit dominium transferre, sed hoc expresse reservavit, interim vero rem ex conducto concessit emtori, nihilominus Javolenus periculum servi ad emtorem pertinere, clare & perspicue decidit, & sic appareat quantum Ulricus Huber. JCtus cæteroquin acutus & excellens hallucinatus fuerit in jure, quando in Praelect. ff. t. de peric. & Commod. rei vend. n. 8. circa fin. ita scribit: quid si emtor, se rem usque dum solverit pretium, conductam habere profiteatur? non videatur ad ipsum pertinere periculum, sed ut in locatione conductione juris ordinarii est, ad dominum. Talia certe verba tantus Autor nunquam scripsisset, si legem hanc alleg. servi emtor. 16. de Peric. & commod.

G 76.

49

M

1.3.8

*commod.* subtiliori animo perlustrasset. Ex eadem hac Legē  
 corruit Carpzovii conjectura quam habet Lib. i. Rep. 108. n. 12.  
 & n. 21. quod expressa dominii reservatio fortius operetur  
 conventione tacita, *in L. enim. alleg.* expressa adest conventio,<sup>18</sup>  
 quod venditor Dominus manere debeat, donec pretium sol-  
 vat, nihilominus periculum servi emti ad emtorem pertinet.  
 Ad alteram rationem Carpzovii, quod emtio venditio hæc<sup>19</sup>  
 conditionalis sit, respondeo negando, pretii enim solutio, &  
 rei traditio non pertinent ad essentiam emtionis, sed ad ejus  
 effectum, quidquid ergo in securitate solvendi pretii contra-  
 hentes paciscuntur, illud non mutat essentiam emtionis. Imo<sup>20</sup>  
 plus dixero, si venditor hoc casu expressam conditionem ad-  
 jecisset, *Er wolte das dominium so lange behalten bis der em-*  
*tor das Geld bezahlte / und ehe ynd bevor solche Bezahlung ge-*  
*schehe / solte es gar nicht ein Verkauff heißen / und gar nicht*  
*verkaufft seyn / nihilominus & hoc casu, periculum erit em-*  
*toris, quia omnia hæc in favorem venditoris sunt scripta, qui*  
*si velit pro libitu favori suo renunciare, & pretium certo de-*  
*terminatum petere poterit, arg. L. 2. de l. commiss. & L. Labeo*  
*scribit. 15. ff. de contrab. emt. ubi Ulpianus decidit, quod talis*  
*conditio, qua per emtorem stat, quo minus impleatur, pro*  
*impta habeatur, si venditor ex vendito agere velit ad pre-*  
*mium promissum exsolvendum.*

Adeoque ex L. servi emtor. 16. de Peric. & Commod. & ex 22  
*L. Labeo scribit. 50 ff. de contrab. emt.* firmiter concludo, quod  
 etiam in casu reservati dominii, donec pretium integrum  
 solvatur, periculum rei emtæ ad emtorem pertineat, &  
 miror paucos Dd. in quæst. hac fere quotidiana  
 hosce duos textus firmiter probantes adduxisse. U-  
 nicum adhuc restat, ut ad L. si fundas 33. ff. Lorat. Conduct. re-<sup>23</sup>  
 spon-

spondeam: hanc intelligo de casu, si culpa venditoris fundus  
 publicatus fuerit. Nec est, quod objicias, sic distinctionem  
 fieri non posse, an publicatio facta sit, ante rei traditionem an  
 postea, nam utroque casu, venditor ex emto obligatus foret,  
 24 quæ tamen distinctio fundata videtur in verb. *is, qui prius,*  
*quam vacuus traderetur, publicatus fuerit.* cui Godofredus in not.  
 adjicit: publicato, post traditionem, fundo, nulla est adver-  
 sus venditorem emtori actio. Verum, hoc assertum Godo-  
 fredi penitus nego, & ad verba textus respondeo, verba hæc  
 esse narrativa, quod in casu proposito publicatio facta sit,  
 25 antequam fundus vacuus traderetur, ex quibus verbis colli-  
 gere non licet, ergo post traditionem in casu proposito, pe-  
 riculum fuisset emtoris, licet venditor in culpa fuerit, quod  
 26 publicatio facta sit. Quoties enim argumentum a contrario  
 sensu desumptum aliis adversatur textibus, tot. eo utendum  
 non est, sed interpretatio ita facienda, ut Lex cum Lege con-  
 spiret & antinomia evitetur. Et hanc explicationem L. 33.  
 ff. Locat. ipse Carpz. clare & perspicue approbavit P. 2. C. 26.  
 def. 24. n. 4. ibi: *sc. quod culpa venditoris intercessisset, ut fundus pu-*  
*blicaretur.* In Decisione autem quæstionis propositæ mecum  
 27 consentiunt Dn. Laut. in Synopt. Tractat. t. de L. Commiss. n. 16.  
*vers. sunt quidem. & Laut. in Coll. eod. t. §. 26.* Brunn. ad L. 8. ff. de  
 Peric. & comod. n. 8. Mart. ad Ord. judic. Sax. t. 42. §. 3. n. 29. inf.  
 & seqq. Stephan. Gratian. t. 2. disc. forens. c. 206. n. 11. & 13. &  
 tit. 3. c. 523. n. 16. & seq. Dn. Berger. in Resolut. LL. obſt. ad Laut.  
 eod. tit. in Animadversione ad verb. periculum tamē est penes emtorem,  
 ubi latius contra Carpz. & Huber. hanc quæstionem excu-  
 tit. Ernest. Theoph. Meier. ad §. 41. de R. D. inf. Stryck.  
 in Caus. Contr. f. 2. c. 8. §. 25. ibi: *licet contrarium verius existime-*  
 matis. Cum vero tam insignes Jcti in hac quæstione dissentiantur.

anc

B.4.2.

ant, commendatur cautela, ut venditor claris verbis pasciscatur, se reservare quidem dominium, sed sine omni periculo, hanc cautelam suppeditat Stryk. in Caut. Contract. s. 2. c. 8.. §. 25, inf. Schilt. ad ff. Exerc. 30. §. 58. in f. Berg. dict. loc. fol. 330. ibi: plane in hac opinione varietate vitande litis causa, venditori consenserim: ut, reservato dominio, expresse caveat de periculo ad emtorem transferendo. Fundata haec est cautela in L. si in venditione. 10. pr. ff. de Peric. & Commod. ibi. si in venditione conditio- 19 nali hoc ipsum convenisset, ut res periculo emtoris servaretur, puto pactum valere. Nunc me confero ad

### CAP. III. SECT. IV. AN VENDITOR PRETIUM JAM SOLUTUM RETINERE POSSIT.

## SUMMARIUM.

An venditor rei vindicatione uti possit,	Affirmativa defenditur n. 12. seqq.
si emtor partem pretii solvat. n. 1.	Ad Legem commissoriam respondetur,
Ratio dubitandi adducitur ex L. Com-	quod quod premium lacrandum non
miss. n. 2.	sit in usa. n. 23.
Contrarium defenditur n. 3. seq.	Si vero premium venditor desiderat, pete-
Ad Leges contrarias respondetur n. 5.	re debet subhastationem & pralatio-
seqq.	nem. n. 24.
An venditor rem vindicans premium accepimus restituere debeat. n. 8.	Dicit & confirmantur Resp. Facult. Juri-
Rationes dubitandi adducuntur. n. 9.	dic. Kiloniens. n. 25.
seqq.	De sententia illustris judicij provinci-
Demonstravi, quod venditor vi dominii reservati rem ite-	alis Holstacii. n. 26. seq.
rum vindicare possit, si emtor pretium non solvat, nunc	
restat, ut excutiam, an venditor hoc jure uti possit, si	
emtor partem pretii promissi offerat, & num venditor, si rem	

E

vin-

vindicare velit, obligatus sit, partem pretii jam numeratam vicissim restituere.

- 2 Quod priorem attinet quæstionem videri posset, venditorem non posse rei vindicatione uti, si emtor partem pretii offerat, & venditor eandem recipiat, nam in L. Commiss. si venditor post diem recipiat partem pretii, vel petat, Legi Commissoriæ renunciassæ videtur, ita, ut rem postea amplius vindicare non possit, L. 4. §. 2. & L. post diem 7. ff. d. L. Commiss. cuius rei præjudicium adduxi c. 3. f. 2. n. 13. eadem ergo videatur ratio esse in pacto nostro, ubi reservatum est dominium;
- 3 Verum contrarium mihi verius videtur, quia verba pacti ita se habent: daß sich der venditor in revendita, das völlige idominium, bis zu gänßlicher Abtragung der versprochenen Kauff-Summe reservire und vorbehalte/ vid. cap. I. n. 1. Hoc pactum suam exserit efficaciam usque ad ultimum thalerum solvendum, si enim adhuc dimidia, tertia vel decima pars pretii solvendi restet, vel etiam unicus tantum desit thalerus, dici non poterit, integrum pretium solutum fuisse, verba
- 4 pacti vero sunt: bis zu gänßlicher Abtragung/ & nemo in dubio præsumitur suo juri renunciare, ergo acceptando partem pretii, non videtur dominio renunciassæ, nisi etiam reliquum pretium solutum fuerit, idque innuisse videtur Carp-zovius Lib. I. Resp. 108. n. 2. ibi: usque ad solutionem totalem sibi
- 5 reservare assolent. Ad Leges allegatas respondeo Legem Commissoriæ esse odiosam, adeoque id, quod singulariter in L. Commiss. constitutum est, non debet extendi ad alias casus.
- 6 Præcipue si ratio diversitatis dari possit. In Præsenti casu vero hanc do rationem diversitatis, quod in Lege commissoria simul stare non possit, rem vindicare, & tamen pretium petere, vel recipere ex emto, quia Lex Commissoria resolvit
- e.ntio-

648

49

M

1.3.8

emtionem, pretii vero solutio confirmat venditionem quæ simul stare non possunt, sed alterum destruit alterum. E<sup>7</sup> contrario si venditor recipiat partem pretii, naturam conventionis sequitur & juxta tenorem ejusdem conventionis, alteram quoque vel reliquam partem pretii petit, quæ si non solvatur, venditor iterum vi paeti adhuc exercere potest, rei vindicationem.

Hæc quæstio præliminaris utilitatem quoque præstabit in altera quæstione, an venditor hoc casu pretium acceptum restituere debeat, si vi dominii reservati fundum venditum & traditum vindicet? Si ex Lege commissoria hæc decidenda foret, venditor obligari non posset ad pretii accepti restitutionem, nam in L. i. C. de Paet. int. emt. quod arrha nomine solutum venditor non restituit. Et in L. si fundus 4. §. I. ff. de L. Commiss. ibi: cum pretium quod numeravit perdidit, L. de Lege. 6. pr. ff. cod. ibi: & id quod arrha vel alio nomine datum esset, apud venditorem remansurum, L. sed & 25. pr. ff. de hered. petit. ibi: lucrum quod sensit Lege commissoria præstiturum, quæ Lex ultima ea propter maxime stringit, quia lucri mentionem facit, & sic corruere videtur responsio Dd. qui putant L. 4. §. I. ff. de L. Commiss. & L. 6. pr. ff. cod. intelligendas esse, si fructus percepti æquales sint pretio, vid. Hahn. ad Wes. tit. de Lege Commiss. inf. ibi: ideoque sine dubio intelligenda, modo emtor etiam fructus percepit, & illi pretio dato sint æquales, nam allegata Lex 25. pr. ff. de hered. petit. supponit, quod quis lucrum ex lege commissoria sentire possit. Quod etiam hanc evidentem habet rationem, quod in L. Comiss. rescissa emtione, respectu emtoris non habeatur pro emtione, sed in poenam amittat omnes actiones suas.

Contraria tamen sententia mihi magis arridet, quæ fundata in L. Cum te fundum 6. C. de paet. inter erat. ibi: precipue

eum & adversa pars receptis nummis suis, nullam passa videri posse  
 injuriam. Evidem Dd. non convenient in casu ponendo,  
<sup>13</sup> hujus Legis 6. quia ex aliis Legibus, & præcipue ex L. 14. C. de  
 rescind. vendit. constat, quod emtio non resolvatur, licet emtor  
 promissis non steterit, alii enim Dd. hunc textum intelligunt  
 de casu si causa contractus finalis deficiat. Barbos. in Collectan.  
 Codicis ad dict. L. 6. de pac*t.* inter emt. n. 2. ibique allegat. Boë-  
 rius Decis. 45. n. 29. Roland. lib. 4. Consil. 69. n. 37. Surd. Decis.  
<sup>14</sup> 220. n. 19. Quibus tamen aduersatur, quod omnis venditor,  
 vel certe plerique, hanc causam finalem habeant, quod pe-  
 cuniam pro re vendita desiderent; & sic numeratio pretii cau-  
 sa finalis erit, nihilominus in dict. L. 14. C. de rescind. vendit.  
 dicitur: quod ob fidem non servatam non resolvatur venditio.  
<sup>15</sup> Hinc ipse Barbosa in Collect. Cod. ad dict. L. 14. n. 3. Legem cum  
 te 6. C. de pac*t.* inter emt. interpretatur de casu, si res  
 vel factum ab emtore præstandum plus importet, quam  
 pretium ab eo dandum. Quibus verbis Barbosa inmue-  
 re videtur, quod casus Legis 6. magis referri debeat  
 ad contra*ctum* innominatum quam ad venditionem. Quam  
 explicationem juvare videntur verba textus: *exiguo pre-*  
<sup>16</sup> *tio*, verum huic explicationi aduersatur, quod Lex posita  
 sit sub tit. de pac*t.* inter emt. & vendit. compos. hinc compilatores  
 crediderunt faci speciem pertinere ad pac*t.* quæ inter emto-  
 rem & venditorem componi solent. Collegium Argentor. tit.  
<sup>17</sup> de contrah. emt. th. 54. n. 4. ponit casum in alimentis præstandis  
 hoc casu si emtor fidem non servet, revocari poterit domi-  
 nium, quam explicationem fecutus est Brunnen. ad hanc  
 L. 6. n. 1. ibi: *vili pretio tibi vendo fundum, ut me alas hoc non prestas*  
 &c. Quorum sententia confirmari poterit ex L. 1. C. de Do-  
 nat. quæ sub modo, ubi in simili casu donatum, non tantum con-  
 dictio-

R49

49

M

1.3.8

dictione, sed & rei vindicatione repeti poterit, d. L. 1. in fin. ibi: verum etiam vindicationem, Divi Principes in hoc casu, dandam esse sanxerunt. Quicquid tamen hujus sit, in eo omnes conveniunt, quod in hac L. agatur de casu, in quo venditor rem venditam vindicat & recipit propter violatam ab emtore fidem, nihilominus expresse & clare constitutum, quod emtor quoque recipiat suos nummos. Et nisi me omnia fallant 19 com mode supponi poterit, pactum venditoris, quo sibi dominium reservavit, si emtor promissis non stet. Tale enim pactum non infrequens fuisse Romanis, supra ex L. 20. ff. de precario, & aliis textibus demonstratum est, quo pacto supposito, textus omni difficultate caret. Cui tamen explicatio- 20 ni obstare videntur verba: Dominii tui jus in suam causam reverti conveniat, ubi vox reverti innuere videtur, quod interim dominium fuerit translatum Verba tamen haec de effectu quoque dominii intelligi possunt, effectus enim dominii, quamdiu emtor promissis satisfaciebat, insuspento erat, imo plane nullum alium effectum producere poterat, quam ut venditor securus esset de eo præstanto, quod promissum erat. Si vero emtor non impletat promissi fidem Dominii (reservati) jus in suam causam revertitur, hoc est venditor rem suam pleno jure recipit.

Dicta confirmo ex ea ratione quod vi Domini reservati venditio ita resolvatur, ac si facta non esset, L. si hominem. 21 19. ff. de usurpat. ubi dicitur, quod talis venditio redhibitioni similis sit, in redhibitoria vero restituitur res venditori, pretium vero emtori L. cum autem 23. §. 1. & L. quod si 31. §. 17. ff. de sedilit. Edict. accedit L. ex emt. u. §. fin. ff. de Act. emt. & vendit. 22 ubi deciditur, quod bonaæ fidei hic contractus non patiatur hanc conventionem, ut emtor rem amitteret, & pretium re-

tineret, & argumentum L. Necessario 8. pr. ff. de Perit. & Commod. ibi: & quod pretii solutum est repetetur, in qua Legē expresse agitur de casu, si emtio propter deficientem conditionem resolvatur, qualis conditio in nostro casu est, si emtor pretium integrum non solverit.

23 Ad LL n 9.seq.adductas respondeo, quod loquantur de Legē commiss. adeoque extendi non debeant ad casum dominii reservati. Si quis vero cautelam a nobis cap. 3. s. 2. n. 7. suppeditatem sequatur, & cum reservatione dominii legem commissoriam conjungat, dicendum erit, quod hodie in hac quæstione rigor Legis commiss. non observetur, teste Ulrico Huber. in Praelect. adff. t. de I. Commiss. n. 3. inf. ubi Autumno & Gronewegio ad h. t. assentitur, consentit Stryck. in Uf. Mod. ff. t.

24 de L. Commiss. §. 5. si vero venditor pretium acceptum retinere velit, petere debet subhastationem rei venditæ, & reliquum pretii ex re vendita ante omnes alios creditores consequi poterit, quia illa, quæ in favorem creditoris sunt addita, ab ejus arbitrio dependent, an iis uti velit vel non, videatur Carpz. P. 1. Conf. 28. def. 21. præjudicio ultimo Dn. Lyncker. Decis. 522. Mev. P. 5. dec. 51. Grævæus ad Gail. Lib. 2. Concl. 15. n. 15. una vero via electa, altera exspirat Brunn. ad I. 4. C. de pæst. int. emt.

25 n. 4. Dicta confirmat responsum a Dno. Præside conscriptum & a Facultate Juridica Kiloniens. die 19. Dec. An. 1712. confirmatum, hujus tenorem adduco: daß der Herr v. A. die ex vendito empfangene 20000. Rthlr. nicht vor sich allein bedalten könne / sondern ad massam bonorum debitoris zu restituiren schuldig sey, B. R. W. & in eadem causa in Illustri Judicio Provinciali Holsatico (in quo tot JCti, quot olim colligendis Digestis destinati, quorum nomina in Constit. Tanta. §. 9. æternitati consecrati sunt, ambigua fata causarum dirimunt,

26 16. Dicta confirmat responsum a Dno. Præside conscriptum & a Facultate Juridica Kiloniens. die 19. Dec. An. 1712. confirmatum, hujus tenorem adduco: daß der Herr v. A. die ex vendito empfangene 20000. Rthlr. nicht vor sich allein bedalten könne / sondern ad massam bonorum debitoris zu restituiren schuldig sey, B. R. W. & in eadem causa in Illustri Judicio Provinciali Holsatico (in quo tot JCti, quot olim colligendis Digestis destinati, quorum nomina in Constit. Tanta. §. 9. æternitati consecrati sunt, ambigua fata causarum dirimunt,

650

munt, octo sc. JCTi equestris ordinis & octo civi ci ordinis, inter quos in medio Tribonianus instar assidet Cancellarius Provincialis) pronunciatum est die Veneris d. 18. Nov. An. 1713. dasi bewandten der Sachen Umständen nach / implorantes die von dem gewesenen Land-Syndico Volckmar auf Abschlag des Kauf-Schillings für das Guth Wandelsbeck / an Imploratum bezahlte 20000. Rthlr. species cum usuris von Umbeschlag 1709. als a tempore der wieder ergriffenen possession sothanes Gutes zu 5. pro cent wieder zu fordern wohl befugt; und dannenhero Imploratus ermelldtes capital cum usuris zu restituiren / und an die Creditores nach Ordnung der Priorität - Urthel / in octavis T. R. des 1713. Jahres abzuführen/ auch die dieses Processus halber angeuhrsachter Unkosten prævia moderatne zu erstatten / schuldig und gehalten seyn solle. Gestalt zu solchen allen Impetratus Kraft dieses vertheilet / jedoch demselben seine ratione interesse & damni etwa habende Besitznisse / suo loco & tempore auszuführen in quantum de jure reserviret und vorbehalten bleibt. Hæc sunt, quæ de DO-<sup>28</sup> MINIO A VENDITORE RESERVATO, paucis differere libuit, jam vero telam abrumpens, Tibi, Omnipotens Deus, pro concessis hunc laborem consummandi viribus, gratias affero immortales, & Tuæ optimæ providentiaæ mea ulteriora facta commendo, quo semper Te Duce felicissimum fortiantur exitum.

## F I N I S.

## ERRATA NOTABILIORA.

In prafam: pag. 1. lin. penult. loco temopribus, legatur temporibus.

In disp. pag. 13. lin. 4. §. f. Instit. de solut. deleatur. Pag. 14. n. 19.

An. 4 pro voce juris gentium, legatur Jurisprudentium. Pag. 23. post vocem Verküpper add. verb. confirmata est.







ULB Halle  
003 742 709

3



f  
TA → SL

nur 1+21 ShirK verknüpft





DISSERTATIO, INAUGURALIS JURIDICA  
DE

# DOMINIO A VEN- DITORE RESER- VATO

*Quam*  
ADSPIRANTE SUMMI NUMINIS GRATIA;  
AUTORITATE AMPLISS.CTORUM ORDINIS,  
IN PERILLUSTRI ACADEMIA CHILONIENSI,

P R A E S I D E

DN. JOHANNE JOACHIMO  
SCHOEPFFERO,

JCTO ET ANTECESSORE JURIS PRIMARIO COM.PAL.  
CAESAR. SERENISSIMI PRINCIPIS SLESVICO - HOLSATICA  
CONSILIARIO JUSTITIAE ET CANCELLARIAE,

h. t. DECANO SPECTABILI,  
PATRONO AETATEM COLENDO,  
PRO ASSEQUENDIS

SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS DOCTORALIBUS,

DIE FEBRUARI. A. MDCCXIV.

IN AUDITORIO MAJORI,

MORIS ANTE ET POMERIDIANIS,

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

MICH. HENRIC. CURTIUS,

GUSTOV. MEGAPOL.

KILONI, LITERIS BARTHOOLDI REUTHERI, ACAD. TYPOGR.